Jo: Ferd: Behamb
de
Pro Herede Gestione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0001-9

K. VI. 32.
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
IV. B. 80.
SIGNAT. ciɔiɔCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0002-5

# TRACTATUS
## THEORETICO-PRACTICUS, JURIS PRIVATI,
de
# Pro herede Geſtione.
# Von Einmiſchung in die Erbſchafft.

Conſulentis cujusdam gratiâ,
Pro publicâ Juſtitiæ defenſione
conſcriptus,
contrà
*Sinceram Jurisprudentiam portentoſis Aſſertionibus ineptè Practicantem, nihilq́ʒ Agentem, niſi in litibus quærendi improbum lucrum, non verò Sacro Sanctam Juſtitiam.*

A

JOH. FERDINANDO BEHAMB, J.U.D.
Inclytorumq́ʒ STATUUM ſuperioris Auſtriæ Profeſſore Institutionum Imperialium Juris publico.

RATISPONÆ,
Typis Pauli Dalnſteineri, An. 1674.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0003-0

REVERENDISSIMO, PRÆNOBILI, ET AMPLISSIMO DOMINO DOMINO

# DAVIDI,

CELEBERRIMI MONASTERII CANONICORUM REGULARIUM ORDINIS AUGUSTINI AD S. FLORIANUM PRÆPOSITO MERITISSIMO.

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO, ET INCLYTISSIMI SUPREMI JUDICIORUM TRIBUNALIS AUSTRIÆ SUPRA ONASUM DYNASTÆ, NEC NON DICTÆ PROVINCIÆ REV. PRÆLATORUM DEPUTATO ORDINARIO,

DOMINO, DOMINO, ac PATRONO meo ſpecialiſsimo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0005-2

QUod ſi impreſſum devotiſſimi Clientis animo publicæ conteſtationis ſenſum absq́; dedignatione obſequii palam liceret profiteri, hic libellus in ſpem admiſſionis haud difficilis erectus,

ctus, dummodo propitia GRATIA TUA more ſolito adſpiret optat apparere, nullo quidem cultu ad Voti Gratioſi ſplendorem ornatus, ſed in quo ex Lege obeundi Pietas, ex Pietate humilis Reverentia, ex Reverentia condigna Oblatio, ex Oblatione

NOMEN VENERABILE TUUM reſpiciens *Dedicatio*, ex hac verò animi à Sanctitate ſuſpiciẽda nunquam non obſequentiſsimi ſignificatur, ſpectari debet. Intereà eam non minus in præſentiarum molior cenſuram, quam TIBI quoque ſacram eſ-

eſſe volo, ut conſtet plurimum referre, bonâ arte peſsimè ad alium finem abutentes à doctis, bonis, cordatis, & qui ſinceram Jurisprudentiam in Patrocinio exercent, cum unico propoſito in litibus quærendi & promovendi Juſtitiam, diſcerni,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0009-7

ni, ut verò ſciatur, qua impietate & improbitate id agant, & num execrando abuſu DEO Ter Optimo, Ter Maximo gratum Holocauſtũ offerant, Theologici adeoq́; TUI judicii eſt; ut autem intelligatur, quanto exitio Rerumpb: ejusmodi Peſtes tolleren-

rentur, Politici operis : qua de cauſa optime deliberatū ſub Friderico 3 Imperatore An. 1441. de talium Doctorum juris ejectione. Scilicet nemini obſcurum eſt, qui vel mediocri Uſu rationis eſt prædituſ, Nobiliſſimam artem, quæ Jurisprudentia

audit, in tantum hodie contemtui factam, in quantum iſtam aliqui vitiant, & ideo convitiantur: Ejus farinæ exiſtunt, qui inter Juris Athletas hoc exulcerato Seculo plus ſcientiæ videri, quam conſcientiæ habere volunt, plus ſubtilitatis,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0012-0

tatis, quam veritatis, litigaturientiũ ſanè genus peſſimũ, qvod terra fert, pondus! Quæſo quid protervitate illorũ turpius? quid in Repb: pernitioſius? Licet enim *Ulpianus* injuſti ſcientiam Juriſperito tribuat, praxin verò neutiquam, niſi ad remo-

venda injuſta; non ignorabat ſcilicet, Legum ſcopum eſſe unicum homines à delictis deterrere. Accedit quod ipſa Sacra Scriptura id genus hominum ob pravitatem litigandi à peccatis dehortetur, dum *act. 5 ṽ.29.* dicit: Abſtine à litibus, & minues pec-

peccata. quid, quod in Spiritum Sanctũ peccent, dum ejusmodi vincendæ litis techuis utuntur. *D. Thomas 22. q. 14. art.* 2. Iſtorum ſanè miſerrima conditio acerbis lacrymis eſt deploranda, quod damnari malint, quam Juſto litigatori prodeſſe; Hos

jure meritoq́ue voces licet quartum, DEI flagellum omnium duriſſimũ, quibus ad extremam paupertatem redigũtur homines ob ingentes ſumptus, & litis longævitatem, usq́; adeò, ut ſi vindictam divinam inimico infenſiſſimo imprecari ve

lis,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0016-3

lis, non niſi lites ex-
orabis, quibus ſi im-
plicetur, ſatis pu-
nitum illum credas;
Ita animam, ita
Rempb: lædit con-
culcata Juſtitia! ſed
quid Auri Sacra fa-
mes, quid ſpes lu-
cri non poteſt? lites
namq; diu pendere,
vindemia quædam,
ipſis eſt. Verum ne
ſi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0017-8

ſine ratione adverſus abjectos (de bonis enim nil niſi bonum) ſtylum expedire videar, ipſe, tam pravà arte magis, quam virtute, & prudentia exercitatiſſimum Antagoniſtam olim, ſum expertus, & Conſulentis iñocentis ratiõe in id inductus,

ctus, ut Juſtitiæ Patroni, & in foro alicubi publico Clientis ſui ſtrenuè Agentis cauſam pro Cathedra reaſſumerem. Quare vix aberit, q[illegible] iſtæ non magnificæ, nec futiles tamen Curæ, quibus ingenia ſtudioſorum excitare cogito, Tibi queant ap-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0019-3

approbari. Etſi alioquin nihil habeat Scriptura noſtra, quo TIBI commendetur, candor tamen Clientis grati, cui [illegible] m quæſita [illegible] TUORUM in me meritorum inſignium publicam faciendi mentionẽ, haud diſplicere poterit. Ut

ita-

itaq́; ſinceræ Juris-
prudentiæ, cum re-
liquis ſtudiis bono,
Provinciarũ Auſtri-
acarum publico in-
troductis propenſi-
one haud interru-
pta faveas; Gratia
publica religioſũ Ju-
ſtitiæ Sacerdotẽ fo-
veas; DEO & Eccle-
ſiæ Commendatiſſi-
mus vivas, valeasq́;
fa-

faveat Propitium ac Ter Sanctum Numen.

REVERENDISSIMÆ, PRÆNOBILISSIMÆ, & AMPLISSIMÆ.

DOMINATIONI TUÆ

*Sempiterna pietatis Veneratione obſtrictus, Devotiſſimus Cliens.*

JOH: FERD: BEHAMB. D. & Prof. Jur.

CA-

RALIS.

ur modo tum

| | | |
|---|---|---|
| oëmium - | *Caput* | *Paragraph'* |
| | 1 | 1 |

# SCHEMATISMUS GENERALIS.

## Tractationis inſtitutæ abſolvitur modo tum

| | Caput | Paragraph' |
|---|---|---|
| Theoretico, *idq; fit tum in* | | |
| Protheoria, *ſeu* parte Extraeſſentiali, *qua explicatur Proëmium* | 1 | 1 |
| Theoria *ſivè* parte eſſentiali *in qua exponuntur tum* | 2 | |
| Generalia, *nempe* definitio *tum* | | |
| Nominalis, *quæ conſtat ex* | | |
| Etymologia | - - | 1. 2. 3. |
| Synonymia, & paraphraſi | - - - | 4. |
| Homonymia | - - | 5. |
| Realis | - - | 6. |
| Specialia, *ubi Materia noſtra traditur tum* | 3. | |
| Abſolutè *ubi conſideranda tum* | | |
| *Conſentanea, eaq; in Cauſis* | | |
| Cauſis | | |
| 1. Efficiente | | |
| Remota | - - | 1. |
| Proxima | - - | 2. |
| 2. Materiali *tum* | | |
| Subjectiva | - - | 3. |
| Objectiva | - - | 4. |
| 3. Formali, *tum* | | |
| Eſſentiali & Intrinſeca | - - | 5. |
| Extrinſeca *ſive* accidentali & probatoria | - - | 6. |
| 4. Finali<br>Effectibus, *eſt autem alius ratione*<br>Perſonæ | - - | 7. |
| Rei | - - | 8. |
| Juris *ſeu* Actionis | - - | 9. |
| *Diſſentanea.* | - - | 10. |
| Comparatè *ſeu* Relatè *ubi oſtenditur tum* | 4. | |
| Affinitas, *ſeu* convenientia, *reſpectu* | | |
| Cauſarum<br>Effectuum | - - | 1. |
| Differentia, *itidem ratione* | | |
| Cauſarum<br>Effectuum | - - | 2. |
| Practico: *Ubi uſus hujus materiæ exhibetur ex caſu Juridici proceſſus, de quo tamen, quid ſentiendum ſit, ex præcedenti tractatione Theoretica explicatur.* | 5. | |

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0024-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0025-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0026-8

## Caput I.

# Proponit Protheoriam, ſeu partem Eſſentialem, quà Præloquium abſolvitur.

## §. I.

*Siſtens præcognita.*

MUlta eum ſcire oportet, qui adire hereditatem velit, ne æri alieno ſe implicet, ait Juriſconſultus in *L. 1. ff. ſi pars hered. pet.* ante omnia vero attendat ad tri-

triplicem viam, juxta *Paul. Voët: in Comment: ad Inſt. de hered: qualit. & diff.* §. 5. *n* 4. Rectá videlicet, ne incunctanter hereditatem adeat; Tardiorem, ne inſuper licet non habita deliberatione, utramq; tamen ſatis fragilem & periculoſam ingrediatur; Qua ratione omnium tutiſſimam incedet Tertiam juſto inventario confecto, quo ipſo absq; ulteriori damni inſtantis metu ipſam hereditatem adit, non attenta antiqua Cretione, de qua vide ſis *Zæſium cum Additionatore Deſſelio ad Inſt. d. t.* Unde juxta præſcriptum tempo-

poris ſpatium ut plurimum decernat, modo animum & voluntatem purè declaratam hodierno tempore ſecum ferat, exponendo eandem vel nudè per Verba, aleaq́; ſigna declarantia absq́; ſoleñitatibus aliis; vel ipſa re, ſeu facto Se pro herede gerat, adeoq́; aliquid faciat animo futuri heredis: Quo de poſteriori modo hereditatem acquirendi paucis in præſentiarum tractare noſtri propriè inſtituti erit, cum non tantum ſubtiliſſima, ſed etiam in foro utiliſſima indies compareat Materia, ea verò, quæ in Uſu fori

quo-

quotidiè contingunt, & maximè ſunt frequentia, ceu curioſiori potiſſimum ſunt deſignanda lapillo. *l.* 15. §. 26. *ff. de Jur. ejur.* quin imò plenius, majorique cum diligentia attingenda, atque enucleanda, teſte *Tabore de Jure obſtag: cap.* 1. §. 2. Supervacaneis vero inhærere minus conducat, & maxima quoq; ſit dementia, præſertim in tanta temporum egeſtate, ubi ad neceſſaria perdiſcenda ne quidem tempus ſufficit. *Seneca Epiſt.* 49. Ita curæ noſtræ erit prius inquirere in terminorum ſimplicium intellectum, & naturam,

quo

quo poſtmodum in re ipſa facilior fiat progreſſus.

## Cap. II.
# Explicat in Theoria, ſeu parte Eſſentiali Generalia, nempè definitionem Nominalem & Realem.

### §. I.

(1) *Præpoſitio PRO quid hic ſignificet?*

(2) *Exponitur ſimilitudinis Natura.*

(1) AD Exemplum itaque JCtorum ævi veteris & noviſſimi placet exordiri

telam ab *Etymologia* : utitur autem Imperator noſter præpoſitione illa *PRO in §. fin. antea alleg: tit:* ſequenti ſenſu, ubi dicit: Pro herede autem gerere quis videtur ſi rebus hereditariis TANQUAM heres utatur. (2) Sciendum ex hac particula ſimilitudinis notam haud obſcurè aſſequi licere, dum ejus fere proprium ſit, ut non ſit idem, & dum rei comparatur, ipſa res non eſt, niſi aliquo effectu inſpecto argument: *L. 3. ff. de confirm: Tut:* in quo tertio potiſſimum ſimilitudo alioquin procedit.

§. 2.

§. 2.

(1) *Derivatio heredis, unde deſcendat?*

(2) *Rejicitur ſententia erronea.*

(1) Nomen Heredis, quod attinet, ab hero venit, per textum Nostri §. expreſſum, in quo dicitur: pro herede enim gerere eſt pro domino gerere, veteres enim heredes pro dominis appellarunt. (2) Sciendum itaqve licet *Cuiacius* cum *Mynſingero* hic diſſentiant, ſed forte ſine ratione, qvia JCtis placere certum eſt, veluti eximiè opinatur Ludwell ad Wesenbecium *in obſervationibus à Malcome-*

*ſio* haud ita nuper editis. Qua ratione Plautus alicubi ait: abſtuli hanc cujus heres (ſubintellige Dominum) nusquam erit poſt hunc diem. &c. Accedit, quod in Pandectis Florentinis non aliter, quam per ſimplex E. ſcribatur, Non obſtante, quod prima ſyllaba in herede producatur, in hero vero corripiatur, nam & Tutor quoq; à tuendo dicitur & inde Tutela, & tamen prima in Tutore producitur, in tuendo vero corripitur.

## §. 3.

(1) *Docet verbum* Gerere, *quo in ſenſu hic veniat capiendum.*

(2)

(2) *In ſciendo clarior Expoſitio Interpretis D. Rigos ſubjungitur.*

(1) QVOD per verbum GERERE res ſine verbis facta ſignificetur *Labeo* notavit *in l.* 19. *ff.* de V.S. Geſtum autem non tam factum eſt, qvam totius rei vel negotii modus & tractatus, neq; refert, num perficiatur vel qvid imperfectè agatur *L.* 31. *ff. de pactis.* (2) Sicendum ergo propriè ad ea tantum acta referri, quæ aliqvam rei vel negotii adminiſtrationem habent conjunctam, ſive ea adminiſtratio ſit publica ſivè privata *L. Gajus*

*Seius ff. de uſur: & Fruct:* D. Rigos *ad L.* 19. *&* 20. *ff. de V. S. num.* 5. ſeqq: ubi enim agendo nihil adminiſtratur, nihil etiam geſtum eſſe dici poteſt.

## §. 4.

(1) *Evoluit, quæ ſit totius phraſis* pro Herede ſe gerere *Synonymia, & paraphraſis?*
(2) *Et quales aliorum deſcriptiones?*

(1) Pro Herede vero gerere Imperatori noſtro in d. §. idem notat, atq; pro domino gerere; ſeu rebus hereditariis tanqvam heres, velut propriis uti; vel qvod idem eſt: facere aliquid, ex quo heres eſſe quis vi-

videatur *L.* 20. *pr.ff.de acquir: vel omitt : hered :* Ejusdem quóqve ſenſus eſt GIPHANII *in diſp. J. C.* 18. *n.* 30. *ad lib.* 2. *Inſt.* interpretatio qvando aliqvis ipſo facto oſtendit ſe heredem eſſe, vel ſubintellige cum NICOLAO ERHARDO *in brevi & dilucido Comment. ad Inſt. d. t.* id qvod qvis animo futuri heredis facit. Pari ratione loquitur PAULUS *lib. ſent.* 4. *tit.* 8. *dum ait :* pro herede gerere & deſtinatione futuri dominii aliquid ex rebus hereditariis uſurpare. (2) Qva ratione deſcribitur à GEORGIO *in Nucleo Theoret. pract. parte.* 2.

 *diſp.*

*diſp.* 7. §. 20. per adminiſtrationem rerum ad hereditatem ſpectantium, animo eandem, qvam ſibi delatam ſiit, agnoſcendi, â MYNSINGERO *vero ad Inſtit. in Comm: hic*, qvod ſit actus talis, qvi non niſi ab herede fieri poſſit.

§. 5.

(1) *Eruit Homonymiam, quid generaliter, & latè ſumpta phraſis denotet?*

(2) *Quid ſpecialiter?*

(1) Inde ad ambiguitatem evolvendam proceſſuro obſervandum erit: Pro heredis geſtionem ſumi modo Generaliter, & latè pro qvalicunq; declaratione, ut etiam contineat

neat acqviſitionem hereditatis qvæ fit vel re vel verbis *L.* 88. *ff. de acquir. vel omitt. her. l.* 12. *ff. de interrog. in Jur. fac.* quomodo *in* §. *noſtro* phraſis omnino intelligi debet. (2) Jam vero ſpecialiter & ſtrictè, qvomodo ſaltem re, & ipſo facto peragitur, qvo ipſo Nudæ verbali opponitur, *L.* 20. *ff. d. acquir. & omitt. vid.* AMADEUS EKOLD. *in Compend. pandect. Tract. ad Tit. ff. de acquir. & omitt. her. &* HANNIUS *ad Weſenb. ibid. n.* 3. *junct.* LUDWELL *ad* §. *noſtrum in Comm. vid. quoq;* BECHMANNUS *ad d. l. ff. L.* 20. *pr.*

## §. 6.

[1] *Agitur de definitione Reali.*
[2] *Ejusq́ Genere.*

(1) Ne deniq; ſine præſcripto ordinis diſſerere videar, ſeqvitur, ut expediam, unde vim tanto evidentius oculis ſubjicere liceat, id facturus à definitione Juridica auſpicari in animum induxi: Ut vero omnia hoc loco ratione Juris Civilis metienda cenſuerim, ita haud pigebit pro heredis Geſtionem deſcribere Actum Adminiſtrationis legitimæ rerum ad hereditatem ſpectantium, qvo heres de adeunda *§. fin. Inſt. d. hered. qual.* agnoſcenda *L. 1. L. 2. C. d. Jur. delib.*

Am-

Amplectenda *l.4.f.de acqr. ſivè* admittenda *L.6.§.3*.d.t.ſivè ſuſcipienda l.87.d.t. hereditate, qvam non neſcit ſibi delatam, voluntatem ſuam declarat. (2)Sciendum Genus hic oppoſitum *eſſe ex L.19.ff.d.V.S.* Ubi dicitur: Actum generale Verbum eſſe, ſive verbis, ſive re qvid agatur, hinc utiq; definitio noſtra definito ſuo latius patet.

# Cap. III.

## Parte Eſſentiali in Generalibus abſolutâ Exponuntur ſpecialia, qvæ Conſideratur tum in cauſis tum effectibus; Cauſis non minus Conſentaneis qvam diſſentaneis; Illis qvidem vel Internis vel Externis, ad Internas refero Materiam & Formam; Illa autem eſt vel ſubjectiva vel objectiva, hæc vel intrinſeca, vel extrinſeca; ad externas pertinent efficiens, de qva prius, & finalis, de qva poſtea acturi ſumus.

### §. 1.

[1] *Cauſa Efficiens duplex pro herede geſtionis inveſtigatur.*

[2] *Prius remota.*

[3] *Caſus illuſtrationis gratia proponitur.*

[4] *Ratio diverſitatis adducitur*

[5] *Cum ſubjecta ratione rationis.*

(1) IN parte ſpeciali noſtra in qva cauſæ & effectus explicantur ex cauſis conſentaneis, prima ſe offert *Cauſa efficiens*, eaq́; duplex *Remota* ſeu *Originalis* & *Proxima*. [2] Remota eſt ipſum *Jus Civile Romanum arg. l.* 65. *ff.* §. 3. *ad SCtum Trebell.* Qvatenus petitionem poſſeſſionis bonorũ non comprehendit; qvatenus vero eandem habet conjunctam, *ad Jus Prætorium* qvoq́ve referri poteſt. L. 60.

*de acquir.hered.&* *L.* 12.*C.de Jur.delib.* WOLFFGANGUS VOLRATH, *in opere Jur. Analyt: ad ff.tit.de acqvir.hered.lit.G.&K* Unde evidentioris intellectus gratia D. BRUNNEMANUS *ad l.* 12.*alleg.C.* hujusmodi Caſum figurat: (3)Agnovi bonorum poſſeſſionem, ſed forte nulliter, poſtea etiam actus hereditarios exerceo, & poſtea morior, qværitur:An transmiſerim hereditatem ? Videtur qvod non,qvia Bonorum posſeſſio fuit invalida. Sed affirmatur , qvia etiam actus hereditarios exercui, & ſic etiam Jure Civili adii here-

di-

ditatem, Præſupponendum igitur potuiſſe me utroq́; Jure Civili & Prætorio ad hereditatem pervenire; (4) Priori qvidem dum absq́; Auctoritate & ſalutatione Judicis, vel nuda voluntatis meæ declaratione, vel facto ipſo, ſcilicet res hereditarias legitimè apprehendo, vel iis tanqvam propriis utendo, hereditatem adiiſſem; Poſteriori vero Jure; ſi apud Judicem competentem ſolenniter agnoviſſem Bonorum poſſeſſionem, h.e. Magiſtratui me inſinuaſſem, probando teſtibus gradum conſangvinitatis, & declarando me talem eſſe,

qui

qvi poſſet, ac vellet Jure Prætorio amplecti hereditatem defuncti vid: Ampliſſimus D. MANZIUS *in Comm: ad Inſt:* §. 1. *tit. de Interd: n.* 49. *& de hered. qual.* §. *fin. n.* 8. *ſeq. &* 19. Ubi utriusq; rationem ſubjungit. (5) Dicendo: qvia heres ſuprema Legis Civilis auctoritate efficitur, ac proinde ipſa Legis poteſtate cenſetur heres, ita ut privatim acqvirat Jus, etiamſi nihil rerum hereditariarum corpore poſſideat. Bonorum autem poſſeſſor à prætore tantum vocatur, & qvidem propter inferiorem poteſtatem tali moderamine, ut

ut non ſufficiat domi privatim velle, ſed in Judicium prodire oporteat, & ibi petere Jus aqvirendi, retinendiqve Patrimonii, qvod defunctus reliqvit, utrumq; corpore poſſideat hereditaria bona.

## §. 2.

(1) *Efficiens cauſa proxima indicatur.*

(2) *Voluntas nuda quid Ethicè ſignificet? examinatur.*

(3) *Voluntatis primum formale eſt requiſitum, ut ſit libera, hinc non poteſt cogi.*

(4) *Non decipi.*

(5) *Errori non eſſe obnoxia.*

(6) *Nullam perſuaſionem doloſam adeſſe.*

(7) *Dolum haud perferat.*
(8) *Secundum formale requiſitum eſt, ut intelligat, & ſciat ea, in quæ agit.*
(9) *Voluntas nuda quid Juridicè denotet? inveſtigatur.*
(10) *Voluntas ſine facto, an obliget? diſquiritur* (11) *Quæſtio*

(1) Cauſa efficiens proxima eſt voluntas, & qvidem Nuda, dicente Textu, *§. item extraneus Inſt. de hered. qval. &c.* (2) Qvem textum ſi Ethice reſolvamus, idem eſt, ac ſi dicas; Volitionem, qvæ per actus ſeſe exerit, vel actum voluntatis, non qvatenus eſt ipſa animæ rationalis facultas, ſed actus ab eodem procedens, bo-

bonum vel verum, vel apparens tanqvam finem primario reſpiciens; Cum vero voluntas mentis Judicio & intelligentia rei impellatur, hinc qvoqve participat volitio cum facultate Volendi qvoad formam. (3)(I) Reqviritur, ut ſit voluntas libera, adeoq; non debet eſſe coacta. Præſuppono vero voluntatem non poſſe cogi, qvoad actus elicitos, cogitur enim id tantum, qvod â principio externo, & non naturali movetur, velle autem omne eſt, naturaliter ad aliqvid inclinare, ſive ex interno principio ad id ferri. Licet

e-

enim voluntas moveatur ab intellectu, ita ut hic cæcam qvaſi voluntatis potentiam dirigat, licet etiam moveatur aliqvando contra intellectum ab appetitu ſenſitivo, non tamen eo ipſo etiam determinatur voluntas ad aliqvid fugiendum, vel perſeqvendum, non cogitur ad Exercitium actus âb iſtis ſpecificati, *Horneus Eth*: 2. 4. 11. ſed omnino libera manet, in omnibus ſuis actionibus, & maxime tum, qvando aliqvid vult. *Idem c.* 5. *n.* 16. 17. adeoq; etiam in ipſo metu retinet coactus & velle & nolle, remanetq; principium

um ejus, qvod geritur, in illiꝰ poteſtate conſtitutum. Sed ut ad noſtram materiam revertar, de hac ſcribit *VVeſenb. in parat.ff. ad tit.de aqvir. hered.* Formam adeundi eam eſſe, ut libere, minimeq́; coacta voluntate adeatur. *L.nec emere C.de Jur.delib.* Nam ne ſuus qvidem cogitur. *L.40. cum ſeq.ff.de aqvir.hered.* §.2. *in fin.*§.*vet.Inſt.de hered.qual.* licet aliud obtineat in ſervo neceſſario, hic qvia ipſo Jure eſt neceſſarius, coactione opus non eſt, aliiq́; adire debet; ſin vero ſibi adire compellitur, & metu ad hoc eſt adactus, adi-

tio ipſo Jure ſubſiſtit, qvia talis fit liber, etiamſi metu adierit, cujus loco beneficium accipit, propter onus vero reſtituitur per Prætorem data abſtinendi facultate *l.22.§5.qvod metus caus.Lib.85.ff.de aqvir. hered.* vid. omnino *Pacius Cent.* 2.Q.67. (4) Ceu præterqvam voluntas non debet eſſe coacta ita etiam non decepta *Gloſ: adc.merito per text.c.conſtituit caus.20.q.3.L.6.§.fin. ff. de aquir.hered.* Eſt enim decepta non revera talis, ſed oppreſſa, ſive depreſſa, inflexa, remiſſa, habens in ſuperficie volitionem, in medulla nolitionem,

ſic

ſic qvi metu coactus, fallens, ſeu per ſimulationem adiit hereditatem, id eſt, aliud agens, aliud ſimulans: ſic ipſo Jure Civili non fit heres, unde beneficio qvoq́; Prætoris; id eſt reſtitutione in integrum non eget. Fallens ergo dicitur adire, qvi ſeorſim coram amicis proteſtatus eſt voluntatem ſuam omnino contrariá eſſe aditioni, licet ſimulaverit metu ſe velle adire *Bronchorſt. Cent.* 3. *aſſert.* 4. (5) Qvemadmodum porro âb errore debeat eſſe libera, & ex certa ſcientia adiri, paulo poſt docebitur; (6) Inſuper debet abeſſe perſvaſio,

quia

qvia plus eſt doloſè perſvadere, qvam compellere & cogere *L.*1.§.3.*de ſeru.corrupt.* Namqve ſi grande æs alienum, qvod aditæ hereditatis tempore, quo perſvaſum fuit, latebat, emerſiſſet, repudiare iterum poteſt aditam hereditatem argum. §.5.Inſt.de hered.qval.(7) Dolo qvoq; alterius ſi aliquis circumventus ſit, & intellectui glaucoma obiiciatur, ac in errorem inducatur, & hoc etiam errore moveatur voluntas (quippe quæ in omni actione dependet ab intellectu, & hic oſtendit ipſi objectum, quod ea appetit ſeu vult) adeoque

dolo

dolo deceptus haud perfecte ſciens, atque ſecundum voluntatem errore notam agat ſe pro herede gerendo, Credibus ſe non obligat, quia dolo deceptus nullo modo ſe velle dicendus eſt. De aliis impedimentis voluntatis, quæ rem geſtam annullant, videri poteſt *D. Schmidius de nutu cap. 1. à n. 57. usq; ad fin.* (8) (II.) Requiritur: Ut intelligat, ſeu ſciat ea, in quæ agit, de qua ſcientia paulo infra ſumus dicturi: (9) Supereſt videndum, quid Juridica loquutione ſigificent verba: *Nuda vollunta-te?* ℞. Nuda nimirum dicitur

Voluntas, cum Effectu, pro voluntate verbis vel factis declarata, &enunciata; vel habito reſpectu ad factum, quandò absq́; alio facto &geſtu per nuda verba, aut alia ſigna voluntatem exterius exprimentia, declarata, absq́; ullis ſolennitatibus aliquis ſtatim heres efficitur, & dominium rerum hereditariarum acquirit. (10) Sciendum itaq́; (I.) Cogitationem mentalem nullo actu declaratam nullam inducere obligationem, undè qui cogitat eſſe heres, non eſt heres, niſi aliquo actu declaret, nihil enim operatur propoſitum in men-

mente retentum *Lib.25.C.d. Tranſact.Lib.7.C.d.Condict.ob caus. L.46.ff.de hered. Inſt.* & voluntas in corde retenta non accommodatur Actui hominum, *L.19.d.Uſufr.Legat.* Lex quoque Civilis in actum mere internum nihil ſibi vendicat *L.18. ff. de pœn.* nec ſufficit quem hoc voluiſſe, niſi & de eodem facta fuerit diſpoſitio *d.L.46.* (11) Sciendum II. ſi quis de libertatè dixerit: Volo adire hereditatem, an adita cenſeatur hereditas? ℞. Affirmando: vid: *Fachinæus: lib.6. c.50. Hænonius diſp.10.§.19. Tilemannus in additam, ad*

*Exerc. Hanædesij 130.2. juncto Bartolo de Saxoferrato ad Tit. Inſtit. de hered. qual. ad §. Extraneus n. 3. & 4.*

§. 3.

[1] *Aſſignat Materiam ſubjectivam poſſitivè.*
(2) *Remotivè, excluduntur verò ſuo modo ſervi.*
(3) *Filii Familias.*
[4] *Pupilli infantiam egreſſi.*
(5) *Minorennes cum Curatore.*
[6] *Objectio incidens ſolvitur.*
[7] *Nota inculcatur.*
(8) *Alia Nota de Minoribus ſine Curatore.*
[9] *Tutor quoque non admittitur ſimpliciter.*

(10)

(10) *Neq; Furioſi.*

[11] *Nec Prodigi Juridicè tales.*

[12] [13](14) *Augitur de Mutis & ſurdis.*

(1) Quibus ita in antecedenti Capite præmiſſis ad Cauſarũ examen progreditur: Eſt autem in præſenti themate ſubjectum Heres voluntarius, ſeu extraneus ſui Juris, & rerum ſuarum adminiſtrationem habens, qvi non incapax ſit hereditatis tribus temporibus, cuiq; datur libera facultas, ut pro arbitrio hereditatem delatam modo aquirere modo amittere valeat. (2) Hinc

ſeqvitur minus valide Geritionem pro herede exercere poſſe. (I.) Exiſtentes in poteſtate vel Dominorum, vel Parentum, horum enim conſenſum ſervi quidem ſimpliciter. (3) Filii familias vero ſecundum quid. *L.ult.pr.§.2.3.d.Bon.quæ lib.caus.* adhibere debent. Sciendum autem ex *VVeigelÿ ſynopſi Struviana ad tit.ff.de acqr. vel.omitt.hered.* filiumſam. aditionem valide exercere vel juſſu Patris, Patrem vero conſenſu filii, ut Pater habeat uſumfructum. Vel recuſante Patre, tunc ut Filius plenam habeat proprieta-

tatem. Vel recuſante filio, tunc ut pater eandem habeat. Vel denique filius neſcio patre furioſo: Pater neſcio filio infante, ut Pater habeat uſumfructum. (4) (II) Pupillos infantiam egreſſos, qui auctoritate Tutoris recte exercent geſtionem §. 1. *Inſt. de Aut. tut. l.* 9. §. 3. *ff. eod. L.* 5. & 18. §. 4. *C. de Jur. delib.* facto quippe pupillus hereditatem adire non poteſt. *L.* 5. *alleg.* nec geſtio ab his exercita operatur aditionis effectum *L* 25. *ff. de aquir.* Quomodo autem pupillo infante majori per Tutorem aquiratur hereditas vid. *R. dus*

*P. Haunold Tom. 1. tract. 6. Cap. 10. Controv. 5. n. 667. ſeq. de Jure & Iuſt. Commutativa.* (5) (III.) Minorennes curatorem habentes non aliter quoque, quam cum Curat: auctoritate hereditatem aquirere poſſunt *argument. L. 3. C. d. in integ. reſt Min. & argument. Lib. 26. C. de adminiſt.* huc facit itidem *l. 1. C. ſi tut. vel Curat. interven.* (6) Sciendum (I.) nihil movere iſta (vid. *Ekold. d. L. §. 2.*) quæ poſt Cuiacium in contrar. ex *L. 17. §. 1. ff. de appell.* ſpecioſè diſputat MEJERUS *in Coll. argument. tit. ff. de aquir. §. 6.* tum quia ſpecialis caſus in *L. 17.* habe-

betur, tum quod medium concludendi Univerſale nullum inibi *in* §. 1. habeatur, ſed potius particuláre. (7) Sciendum (II.) ex Collegio *D. D. Beati Rath.* de hiſcè minoribus cum Curatore, qvod talis geſtio vel ſit ipſo Jure nulla, utpote ſine Autoritate forte facta, quæ exceptio 30. annis opponi poteſt; vel electio competat, an reſtitutionem petere velit intra quadrienium: An vero Actionem Curatelæ intentare, ſiquidem in culpa fuerit Curator, ſecus vero ſi nihil ipſi imputari poſſit veluti ſi conſultè, uti decet, egit, dum

lucroſam extranei arbitratus eſt hereditatem, vel ſi Materna fuerit, quo caſu ſanè nihil quicquam imputabitur. (8) Sciendum (III.) de minoribus, qui conſtitutum Curatorem non habent, ſin forte ſe geſſerint pro herede cum periculo, illis ſubvenitur remedio extraordinario, nempe reſtitutione in integrum. (9) [IV.] removemus Tutorem ipſum, qui neq; ſolus nomine pupilli ſe pro herede gerere poteſt. *L. 5. C. de Jur. delib,* præterquam ex nova conſtitutione, ſi pupillus infans ſit. *L.* 18. §. 2. *C. eod.* [10] [V.] Excludimus ſu-

furioſos cum dementibus, qui nec Verbis nec facto ſe pro herede declarare poſſunt. §. *item extraneus in fin. Inſt. de heredum qualitate, &c.* quin imo nec cum Curatore hereditatem aquirere licitum eſt. *L.63.L.90.ff.de aquir.&c.* poſtea tamen admiſſum eſt, ut horum nomine Curatores aquirerent. *L.ult.de Curat.furios.* & ſic non obſtat *L.90.ff. de aquir. hered. ubi* Paulus ait, per Procuratorem hereditatem aquiri non poſſe. Sed Reſpondetur ex Jure novo aliter conſtitutum eſſe & quidem *L.7.* §.3. *ibid.* in verbis

ſancimus, furioſum, &c. [11] [VI.] Non admittimus Prodigos Juridice, non v. Ethicè tales, ſi non accedat propter concurrentem obligationem conſenſus Curatoris *L.5. §.1. in h.l. add. Struvius ad eund. §.21.* (12) [VII.] Non agnoſcimus Mutos & Surdos intellectu carentes, in tantum, ut etiam ſenſum animi ſignis accomodè neſciant exprimere, quibus etiam ad hanc rem Curator eſt dandus. *L.65.§.3. ff.ad SCt.Trebell.L.93.§.1.ff.de aquir.&c. argument. L.2.ff.de Curat.furios.&L19.in fin. L.20.ff.de rebus Auth.jud.poſſid.*

Ra-

Ratio ſecundum D. MANZIUM adfertur ex Weſenbecio talis *n.* 28. quia aditio præſupponit intelligentiam. [13] Sciendum tamen [I.) de intelligentibus D. STRAUCHIUM in diſſert. 9. §. 44. in ea eſſe opinione, quod tales pro herede gerere quidem poſſent, non vero hereditatem adire ratio, quia verbis voluntas venit declaranda *L. 5. ff. de acquir.* ſed liceat pace ſummi JCti contrarium partim cum laudato D. MANZIO partim cum Doct. SCHMIDIO *de Nutu C.* 27. *n.* 21. ſtatuere, quandoquidem per alia quoq; ſigna veluti nu-

tu animum declarantia hereditas adiri poteſt. *argum.c.cum cap.ſedem 23.X. de ſpons:in fin. in quo c.* reſpondetur ad rationemdubitandi: licet enim ſurdus & mutus Verbis declarare voluntatem non valeat, ſignis tamen poteſt. Præterea aditio hodie non requirit amplius ſolennia verba, ut olim cretio; accedit, quod Hi habeant teſtamenti factionem paſſivam §. *teſtamenti Inſt. de hered.qual.*quæ fruſtranea foret, niſi & hereditatem adire poſſent. [14] Sciendum[II] ex citato D. Schmidio, quomodo procendum ſit cum

Mu-

Muto practicè, ut ab ipſo aditionem hereditatis exploremus: Scilicet eo caſu [quem aliundè refert] Notarius ſi nutum iſtius Muti intelligat, ſcribere ſecure poteſt, qualiter talis heres nutu adiverit hereditatẽ, *ut L. nutu ff. de Legat.* 3. non enim habet Notarius neceſſe ſcribere ſingula verba & actus contrahentium, ſed ſufficit, quod ſcribat actus Juris, ſi vero per ſe non intelligat, adhibeat aliquem vicinum vel conſangvineum ipſius Muti, qui ipſum intelligat. Et tunc Notarius ſcribat in teſtamento, qualiter certificatus per talem

lem conſangvineum ſuum, tanquam per interpretem, viderit talem mutum facientem ſigna & nutus, per quos hereditatem adire vel in quibus factis ſe pro herede gerere volebat; Et ſi talis aditio probanda eſſet per teſtes, ſi quidem teſtes forent conſangvinei, & parentes ipſius muti, vel alias domeſtici, ſufficeret, quod deponerent, vidiſſe talem mutum facientem ſigna vel actus, per quæ & quos ſignificabat, ſe velle hereditatem; Tales enim perſonæ præſumuntur ſcire & intelligere actus, & conſvetudines Muti. *L.* 8. *ff. Unde*

*co-*

*cognat.* & *L. de tela C. de in integ. reſt. Minor.* ſi autem eſſent teſtes extranei, tunc deberent nominatim deponere de illis ſignis per mutum factis, & dicere: vidimus talem Mutum digito oſtendere domum, & res hereditarias, & poſtea ſtringere brachia ad ſe, propter quod intelligimus, eum velle iſtas res ad ſe pertinere & eſſet hoc caſu utile, quod Judex haberet alios teſtes Conſangvineos, & domeſticos Muti, licet in actu non fuerint, qui dicerent, quod conſvetudo Muti hæc eſſet, quod talia ſigna vellet hoc ſigni-

gnificare : Ita ſingulariter & practice loquitur *Bartolus in l. Mutum ff.de acquir.&c. & in d.L.nutu ff.de LL.3.* & alias lucratus fui aurum , inquit, alius de quodam Abbate, qui catarrho mutus effectus, volebat, imo fecit procuratorium ad reſignandam ſuam Abbatiam, in Curia Romana , ſecundum meum conſilium, quæ reſignatio fuit per ſummum Pontificem admiſſa. Hiſce adſtipulatur SAMUEL STRIHEN *de Jure ſenſuum C.5.n.*11. dicendo: hæc ipſa autem ſigna debent eſſe certa, & in dubitata, & Notarius tenetur ejus-

mo-

modi nutuum & ſignorum qualitates exactè notare, & poſtea ſuper illis interpretationem domeſticorum, & conſangvineorum, talia ſigna bene cognita habentium adſcribere. Sed Hi poſterioris generis teſtes potius adminiculabuntur, quam probabunt.

## §. 4.

(1) *Cauſa Materialis objectiva.*
(2) *Q. Utrum pars hereditatis adiri valeat, nec ne?*
(3) *L. obſtans conciliatur.*
(4) *Quæſt. an repudiatio partis faciat alteram repudiatam cenſeri.*

(1) Cauſa Materialis objectiva eſt tota hereditas delata *L.* 1. *L.* 2. *L.* 10. *L.* 80. *pr. ff. de aquir: vel omitt: L. 7. de R. J.* (2) Sciendum itaq; partem hereditatis agnoſcere & partem repudiare heredem non poſſe L. 20. *C. de Jur. delib.* ſed una parte agnita, & altera agnita cenſetur, cum defuncti perſo[illegible]a pro parte repræſentari nequeat. *Nov:* 48. Eo enim ipſo, quo heres partem acceptat, etiam altera pars ei accreſcit, ne partim teſtatus, partim vero inteſtatus decedat. L. 53. *ff. de aquir: &c.* præterea Jus hereditarium eſt ali-

aliquod individuum, proinde pro parte approbari, & pro parte reprobari ob ſuam individuitatem nequit, quapropter licet heres in aditione expreſſe proteſtetur, ſe nolle alteram partem, tunc aditio neq; pro parte altera ſubſiſteret. L. 148. *ff. de R. J.* Nulla enim eſt aditio, ſi quis adeat hereditatem ſecus, quam Leges jubent. (3) Sciendum (II.) non obſtare L. *ſi ex aſſe* 10. *ff. de aquir: &c.* quam reſolvit *Bronchorſt in Centur:* 3. *aſſert.* 36. (4) Non vero è contrario repudiatio partis facit alteram repudiatam cenſeri, ratio eſt, quia aditio

tio hereditatis aliquid ponit, adeoq́; incipit incrementum: Repudiatio vero eſt privatio, quæ nihil ponit, & hic incrementum non habet. *Struvius* §. 35. *c. l.*

## §. 5.

(1) *De cauſa formali.*

(2) *Cujus duplex inſtituitur conſideratio.*

(3) *Suſcipitur de propria Forma in hoc §. tractatio, cum pertinentibus requiſitis.*

(4) *Sola geſtio negotiorum hereditationem non obligat aliquem ut heredem.*

(5) *Requiritur conjunctim & animus & factum.*

(6) *Objectio ſolvitur.*

(7)

(7) *De factis qualificatis remiſſivè tractatur.*
(8) *Succedit Forma generica & communis.*
(9) *Quæſtio diſcutitur de præſumpta ſcientia teſtamenti heredum adeuntium.*
(10) *Requiritur Cauſa.*
(11) *Item ſcientia Status teſtatoris.*
(12) *Item modi.*
(13) *L. obſtans reſolvitur.*
(14) *Nota inſeritur.*
(15) *L. obſtans exponitur.*
(16) *Nota alia injicitur.*
(17) *L. obſtans removetur.*
(18) *Nota de herede erroneo.*

(1) A cauſa Materiali objectiva deducimur ad cauſam Formalem. (2) Quæ conſiderari poteſt primo in iis, quæ ad conſtitutionem & ſubſtantiam

tiam pertinent, uti eſt intrinſeca & eſſentialis. (3) Eſt vero hæc iterum vel ſpecifica, & propria huic ſpeciei, ad quam requiritur (I.) ut actus ille fiat cum animi deſtinatione, aquirendæ ſibi hereditatis, neq; alio titulo ſit poſſibilis. (II.) Debet ita eſſe comparatus, ut animus amplectendi hereditatem appareat, vel ipsâ re & tractatione rerum hereditariarum, ſeu facto neceſſario, hoc eſt ſimpliciter illativo hereditatis aditæ, unde Colligatur *L.* 20. §. 4. *ff. de aquir: &c.* vel ſaltem probabiliter, præſumitur autem ex factis ejusmodi, quæ

quis gerere poteſt, vel ut alius non heres. [4.] Sciendum ergo [I.] ſolam negotiorum hereditariorum geſtionem non obligare aliquem ut heredem, hinc ait HORTENSIUS *ad Inſtit. in Comm: ad §. item extraneus* Geſtio pro herede continet quidem etiam factum amplius quam aditio, neque quisquam gerit pro herede, niſi aliquid faciendo. *L. labeo* 19. *ff. de V. S.* ſed quod facti in heredis geſtione ineſt, id ad hereditatem aquirendam inutile, ac ſuperfluum eſt; nec eo magis aut minus adſtringitur hereditati, qui res hereditarias

gèrat, niſi eo conſiilio gerat, quod velit heres, de voluntate *vid. Cauſa efficiens.* [5] Sciendum [II.] utrumque conjunctim requiri & animum & factum, cum hæc res non tam facti, hoc eſt ſolius, quam animi eſſe dicatur *in L. 20. pr. L. 88. ff. de aquir: &c.* id quod *Erhardus loco ſuperius citato declarat:* geſtionem non eſſe ſolius facti ab animo ſeparati, quapropter non tam æſtimanda eſt ex facto, quam ex animo, ſeu non tam quid factum, quam quo animo ſit factum. (6.) Sciendum [III.] non obſtare dictis §. *noſtrum fin.*

*ſin: Inſtit.* in Verbis quoquo modo. ℞. Sumitur pro herede gerere in §. generaliter pro quacunq; declaratione voluntatis, ſive re, ſive Verbis facta, ut etiam includat aditionem, veluti ſupra ad Homonymiam monitum eſt, nos vero hic loquimur ſtrictè, & ſecundum ſubſtratam materiam, quatenus Voluntas facto declaratur, adeoq; unico modo. [7] Qualia vero facta ſint, & quæ hunc in modum comparata, ex ſequenti §. clarius conſtabit. (8) Nunc vero è re noſtra eſt, ut ad Genericam & communem aliis quoq; ſpeciebus & modis

Formam accedamus, habet autem ſequentia requiſita (I.) ut ſciat ſe illi, à quo delata eſt hereditas, eſſe heredem, id quod ex verbis §. *fin.* eluceſcit, ubi Imperator ait: Dummodo ſciat, eum, in cujus bonis pro herede gerit &c. ſe ei heredem eſſe, juncta *L.* 13. *ff.* §. 1. *L.* 16. *L.* 19. *L.* 21. §. 2. *L.* 22. *L.* 87. *ff. de aquir: & omitt.* Ratio quia heres in adeunda hereditate debet eſſe certus de Jure ſuo; Hinc agnatus proximus juſto teſtamento ſcriptus heres, antequam Tabulæ proferrentur cum exiſtimaret inteſtatumPatremfam: mortuum,

quamvis omnia pro Domino fecerit, heres tamen non erit, hoc eſt hereditatem adiiſſe & illi ſe obligaſſe non videtur: & ſi quis heres inſtitutus ſit, is autem tanquam ab inteſtato Vocatus adeat, aut ex contrario heres non fit. *D. Manzius ad Inſt.h.n.*16.*§.fin.* (9) Sciendum huc inſerendam eſſe quæſtionem à *Fachinæo controv. lib. 6. cap.* 48. propoſitam: utrum heres præſumatur habere notitiam teſtamenti, poſtquam hereditati ſe immiſcuit? ℞. ad idem diſtinguendo, ſi clauſis tabulis, vel non clauſis adeatur hereditas, prio-

ri caſu (10) tam in ſuis, quam extraneis ignorantia contentorum præſumitur, ſecus in poſteriori, vid. omnino laudatus *Autor*. [10] (II.) neque ignoret Cauſam, videlicet an ex teſtamento, vel ut proximus Cognatus ab inteſtato heres ſit *pertext d. §. fin: in Verbis*: dummodo ſciat &c. Teſtatum inteſtatumvè obiiſſe &c. *add: L. 22. ff. de aquir: &c.* (11) (III.) non neſciat oportet gerens teſtatoris ſtatum, ſeu conditionem, eumq́; inhumanum deſiiſſe. Cum alias hereditas â dubitante herede neque repudiari, neque

que adiri queat, per text: *L.* 13. §. *ſi quos*, *L.* 19. *ff. de aquir. ibi qui heredit: adire &c. L.* 27. *ff. d. l. in verbis neminem &c.* nam quæ animi deſtinatione ſunt peragenda, non niſi vera & certa ſcientia proficiſci poterunt *L.* 76. *ff. de R. J.*

[12] (IV.) non ſit ignorans modi, ſub quo ſit inſtitutus heres, an pure an ſub conditione. *L.* 13. *ff. de aquir.* ut enim recte hereditatem adeat, ſcire debet, eam ſibi delatam eſſe, itaq; ſi ignoret, utrum purè, an ſub conditione ſit inſtitutus, hereditatem adire non poteſt. *L.* 13. *ff. de aquir:* præterea,

qui ignorat conditionem inſtitutioni inſertam extitiſſe aut impletam eſſe, adire non poteſt *L.* 32. *ff. eod.* itaque ſi fato quodam & forte fortuna heres paruerit conditioni, ſub qua inſtitutus eſt, non poteſt adire hereditatem, debet enim certa ſcientia & deliberatione implere conditionem, hoc animo quod velit conditioni parendo heres effici. *L.* 2. *L.* 21. *de condit: & dem:* [13.] Sciendum itaque [I.] non obſtare dictis *L.* 21. §. *fin. de aquir: & L.* 34. §. 1. *ff. eod.* quarum ſolutionem vide apud BRONCHORST *Cent:* 3. *aſſert.*

39. [14] Sciendum (II.) non poſſe quoq; hereditatem aliquem adire hac conditione notante BRUNNEMANNO ad *L.* 51. *ff. de aquir*: ſi ſolvendo ſit, quia ſub conditione aditio nequit fieri, cum in aditione requiratur certa voluntas. [15] Sciendum [III.] non obſtare dictis *L.* 23. *ff. quæ in fraudem Creditorum*, quia conditio ibi pactum ſignificat, quo cum Creditoribus & Legatariis de minus præſtando convenitur, confer: *L.* 73. *in fin. pr. ad L. falcid: Struvius c.* 1. §. 27. [16] (IV) deniq; ſcire debet, an ea conditio extiterit, necne, ſub



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0087-6

qua eſt inſtitutus *L.* 32. §. 1. *ff. de aquir:* quia pendente conditione nihil poteſt heres de hereditate ſtatuere, neq; aquiri hereditas ante conditionis impletionem, eſt enim conditio futurus eventus, in qvem diſpoſitio ſuſpenditur, ergo eventu iſto deficiente evaneſcet & inſtitutio. Aliud argumentum eſt in *L.* 1. *C. de Inſtit: & ſubſtit:* ubi inſtituta eſt filia ſub hac conditione: ſi Anthylli filio nupſerit: reſcribunt Impp: non prius heredem extituram, quam paruerit conditioni: alia argumenta vid: ap: *D. Arumæum Exercit.* 8. §. 3. qui ibidem

dem objectionibus ſatisfacit. confer & PACIUM *Cent.* 5, *quæſt.* 96. [17] Sciendum (I.) non obſtare dictis *L.* 1. *ff. de Curat. bon. dand. item L.* 70. *ff. de aquir: item L.* 1. *C. de pact. item L. ſi ſub Conditione, &* L. *ſequens de bonor: poſſeſs: cont: Tabb:* quas iterum componit *Bronchorſt d. Cent. aſſer:* 38. (18) Sciendum (II.) de herede erroneè putante, ſe ſub conditione eſſe inſtitutum, cum pure ſit inſtitutus qui error non obeſt. L. 34. §. 1. *de aquir:*

## §. 6.

(1) *Forma extrinſeca, ſeu probatoria quæ ſit? quæritur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0089-1

(2) *Hujus Formæ neceſſitas deſcribitur.*

(3) *An heres debeat regulariter probare omiſſionem hereditatis?*

(4) *De factis agitur præſumtivè probantibus.*

(5) *Exceptiones à regula ſuperiori traduntur.*

(6) *Quæſtio:*

(7) *Negativa quoq; venit probanda.*

(8) *Modus probandi.*

(9) *Alius.*

(10) *Facta illativa hereditatis & non illativa à ſe invicem diſtincta exhibentur.*

(1) Juxta intrinſecam & ſubſtantialem Formam, non minus agnoſcenda venit Extrinſeca ſeu probatoria, quæ veritatem & ſubſiſtentiam con-

concernit. [2] Neceſſaria autem hujus formæ conſideratio eſt propterea quandoquidem Creditor in facto ſe fundat per aſſertionem, & potius ſit Jus negantis, contra quem factum non præſumitur, niſi id probatur, [3] cui proinde [I.] ut alleganti iſtius neceſſaria incumbit probatio L. *aſſeveratio* 10. *C. de non numerata pecun*: L. *actor*. 23. *C. de probat*. [2] quia Creditores non alios poſſunt convenire quam heredes, ideoq; contra negantes pro herede geſſiſſe, actos probare fundamentum ſuum debet, tam callidi enim ſunt ſæpe heredes, ut

ut cum â Creditoribus conveniuntur, negent ſe adiiſſe hereditatem ſicq; Creditoribus imponunt id ipſum probandi D. ANDLERUS *in Jurisprud: lib. 2. tit. 5. n. 2. ſeqq.* cujusmodi præjudicium ratione immixtionis [quia idem eſt, quam geſtionis effectus] adducit *D. Chriſt: Philippus* Richter *Volum: 2. conſilio* 39. hiſce verbis : Weillen die hereditatis aditio & immixtio in facto beſtehet/ und von deme der ſolches aſſerirt, erwiſen werden muß/ auch ohne daß dem Actori obliget fundamentum intentionis darzuthun/und zu probiren/ und

und die Kinder nicht gehalten wider ihren Willen ſich hereditati paternæ zu immiſcirn, dahero auch wann Sie ſich derſelben enthalten / die debita paterna abzutragen nicht verbunden/ ſo folgt hieraus und Euern abgeführten Rationibus und Motiven ſo viel/ daß Ihr mit den Beweiß zu verſchonen / und viel mehr Euer Gegentheil/ daß ihr Euch der Vätterlichen Erbſchafft angemaſſt/ wie recht zuprobieren ſchuldig / darwieder Euch Euer Gegen-Beweis/ und andere rechtliche Nothturfft nicht unbillich vorbehalten wird V. R. W. Idem quoq;

ex

ex antecedenti ejusd. *Conſil.* 38. *n.* 9. licet advertere, ubi erroneam Doctorum nonnullorum opinionem pronuntiat, dum dicitur: Es iſt aber die andere Meynung / daß nemblich dem Kläger das onus probandi Filium ſe immiſcuiſſe hereditati Paternæ zukomme / beſſer und von mehrern Rechts-Lehrern beliebt / dahero Beklagter N. weillen er excipirt, daß er ſeines Vatters Erb nicht worden / die Vätterliche Schuld zu zallen nicht ehe mag angehalten werden / als wann / daß er ſeinen Vattern geerbt / erwiſen etc. haud alterius quoq; ſententiæ de-

deprehenditur *Reyger in Theſauro Juris ſub verbo Heres*, ubi ait: Creditores, qui volunt debita hereditaria petere, &ſe ſolvere ex iſto ab iis debet aditio allegari; huc inſuper ſpectat, quod in facto contigiſſe ſcribit *D. Andlerus c.l.* quem omnino confer.

(4) Verum dicta hactenus eum in finem prolata ſunto, quo cognoſcamus veluti facta ab Actore regulariter probari debeant, ſufficit enim ſcribit *Carpzovius parte 3. conſt. 14. defin.21.* ex factis aditionem demonſtrari, vel firmiter præſumi, &c. Hinc noſtrum inter-

tererit, ut præterea inſpiciamus facta, quæ præſumptivè probant cum quilibet gerens actum præſumatur. (1) Suo nomine gerere. Et quidem. (2) Ita ut actus valeat, (3) citra ſui aliorumque præjudicium, quare præſumitur Voluntas ſe pro herede gerendi *d. L.* 20. §.1. *de acquir. p. L.* 2. *C. eod.* quod tamen præſumptum iterum debet allegari *L. ſi adulterium* §. *ſi Pollioni ff. ad L. Jul. de adult.* quia non ſufficit ſolum præſumi. (5) Unde à Regula excipitur: Niſi de affectu contrarium aliunde conſtet, puta, ſi vel (1) expreſsè teſta-

tus

tus eſt, ſe non pro herede gerere *d.L.*20. §.1. de qua proteſtatione paulo poſt dicturi ſumus; vel ſi ſemel aliquis profeſſus ſit, ſe heredem eſſe nolle, ſed hereditatem eam ad alium, puta ſubſtitutum, aut legitimum heredem transferre, aut transmittere velle, licet poſtea ſervos hereditarios, aut jumenta pauerit aut diſtraxerit, fundos & ædes locaverit, aut res tempore perituras diſtraxerit, pro herede ſeſe gerere non videtur d.L. 20.L. 1. L.2. C. de repud. vel abſtin. (6) Sciendum: occaſione hujus exceptionis quæſtio-

ſtionem agitari apud JCtos: An hereditas repudiata intelligatur, cum quis dixit: ſe nolle hereditatem adire? de qua quæſtione conſule *Fachinæum Controv.lib.6.Cap.*49. cui probabilior videtur eorum ſententia, qui dixerunt hujusmodi Verbis repudiationem ſignificari. Huic affinis eſt altera *c.6.* ab eodem examinata: An repudiatio in ducatur ex eo, quod is, cui delata eſt, verbis futurum tempus ſignificantibus, teſtetur ſe nolle adire? ℞. Aff. Vel (2) ſi erraverit rem alio Jure ſuam eſſe putans. *d. L.*20. *&* 87. *de acquir.*

*quir. &c. add. Brunnemannus ad d.L.87. Juncto D.Strauchio. de errore in diſſert. Jurid.* §. 42. *vel* (3) ſi veniam diſtrahendi impetraverit. *L.*5. §.1. *de Jur.delib.* (7) Porro Sciendum, quod ſi actus exerciti fuerint in rebus hereditariis e. g. ſi filius forte bona Patris aliquando adminiſtraverit, præſumptionem Juris Creditor pro ſe habet, ex qua, quæ inde reſultat, negativam & contrariam probare tenetur, adeoq; contrarium in gerentem rejicitur ab Actore. *L.fin.ff. de Jur.dotis, Carpz. part.*3. *Conſtit.* 14. *defin.* 21

quod

quod ſcil. alio quam hereditario titulo talia geſſerit. STRUVIUS *Ex.*34. §.22. (8)Id quod ex ſuperabundanti etiam probare poterit per litteras (quas pro ducit) non diu poſt ſepulturam defuncti Magiſtratui â ſe inſinuatas, quibus voluntatam ſuam de non agnoſcenda hereditate declaravit, arg. *L.*95. *ff. de acquir.h.* L.6. *pr.ad SCt.Trebell.* qui enim in continenti facit publicum Inſtrumentum de repudiatione non tenetur Creditoribus *Cæpolla Caut.*209 *in fin.*(9)ſciend. inſuper, ſi reus neget, tum negativam docere debet, fortio-

ri-

ribus & contrariis præſumptionibus, ſe aliud quid egiſſe. (10) Quo vero facta illativa â minus talibus diſtinctim & quaſi in tabella exhibeam Ducem EYBENIUM *in obſerv. ad Inſtit.* juxta alios ſequar.

Facta itaq; alia ſunt.

A Liquida, quæ committuntur Jure vel.

B Heredis, eaque vel

C Simplicia, & pro herede geſtionem certo inferentia, hæc cum heredem, qua heredem feciſſe neceſſario evincant, aditionem quã optimè probabunt.

A B C

*§.7. verb. tanqvam heres, &c. Inſtit. de hered. qual.* Sciendum disquiri à *Fachinæo lib.6. c.* 58. Utrum, poſſeſſionem bonorũ agnoviſſe præſumatur ille, qui posſeſſoriam hereditatis petitionem contra bonorum occupatores inſtituit. ℞.aff.

Comparata, ſimilia, nec non affinia hiſce quando quid geſtum âb eo, qui niſi tanquam heres, utiliter aut licitè gerere non potuiſſet, de quibus factis tenenda eſt

A B

A B

tum *Regula* : quod in dubio potius id ſuo jure fecit ſi potuit, exempla legas *in* L. 42. §. 2. L. 86. §. 2. *ff. de acquir. hered.* L. 3. *ſeqq. de his qui â non domino. §. ibi vel vendendo, &c. Inſt. de her. qual.* L. 1. *C. de hered. repud.* L. 2. §. 1. *ff. hered.* idq́; jure merito, quilibet enim in dubio quod valeat, non quod pereat & quod Jure permiſſum, non quod prohibitum, vel turpe egiſſe præſumitur L. 12. *ff. de reb.*

A B C

A B C

*dubÿs* L. 109. *ff. de* LL. L. 51. *ff. pro hoc*, tum ex communi hominum affectu, quod quilibet ſibi bene eſſe malit, quã alteri conjectura deſumpta *ex* L. 4. *ff. de ſolut.* Sciendum hic locum ſibi Vendicare quæſtiones apud *Fachinæum Controv. lib. 6. 52. & 53.* extantes (I.) An aditio hereditatis ex fructuum perceptione inducatur? (II) Numquid hereditatis aditio ſeu geſtio inducatur ex

A B C habitatione domus pa-

A B C ternæ ? Reſponſiones legas ibidem ijsdem rationibus declaratas, quas hoc modo exponit *Cæpolla Caut.* 109. dicens. Advocatus Creditorum ſit cautus, ut probet, ſi poteſt, qualiter filius teſtatoris bibit de vino vel comedit de frumento Patris poſt Mortem ejus, vel aliquos fructus conſumſit in Vſum vitæ. Quia tunc per iſtos actus filius non negans hoc, videtur hereditatem adiiſſe: Undè repudiare non poteſt, & tenetur Creditoribus.

A B

Exceptio: *dictum eſt in dubio*: Aliud ergo obtinebit, ſi de alia agentis mente, quamvis Juri contraria, evidenter appareat. *L.* 21. *pr.ff. de acquir. hered.* apparet autem talis animus contrarius ex eo, ſi rem, quam diſtraxit, prius clam ſubduxit L. 17.§7.&8.d.aqr.aut veniam diſtrahẽdi impetravit. *L.20.* §.1. *ver. ſervos ibi:aut debeat &c L.5. C. de Jur.delib.*

Sciendum (I.) diſceptari â Doctoribus, quid ſi

A B

quis

A B

quis ſimiles Actus illativis hereditatis geſſiſſet cum hac tamen proteſtatione, quod eos non faciat animo adeundi hereditatem, an cenſeatur adita hereditas? Ad hoc quæſitum Reſpondet *D. Widmannus de Contract. tit. 25. n. 9.* Negativè, cum quo conferendus *Hahnius una cum Ludvvell ad Weſenb. per L. 20. §. 1 ff. de acquir. hered. & L. 14. §. 8. ff. de relig. & ſumpt. fun.* in quibus

A B



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0107-8

A B

actus etiam cum aliis geſti, propter proteſtationem adjunctam, aditionem hereditatis non inducunt, ſed probatur potius, in iis actibus, qui â ſolâ voluntate proteſtantis dependent, conſervari Jus proteſtantis, & eum liberari â ſiniſtra interpretatione, add. *Carpz. part.* 1. *deciſio.* 75. *n.* 9. (2) Sciendum dictis obiici: Quod proteſtatio facto contraria nihil operetur, ergo non obſtante tali proteſtatione

A B

ne nihilominus adita cenſebitur. ℟. Negando Minorem, hereditatis enim aditio non dependet ex facto & geſtione ſimilium actuum, ſed potius ex animi deſtinatione *L.88.ff.de acquir.hered.* Qui animus adeundi eo ipſo ob ejusmodi actuum geſtionem præſumitur.

Quod ſi vero præcedat proteſtatio, tunc illa præſumptio animi eliditur, & effectum aditionis non producit, quotiescunq; enim de

A B

AB

contraria mente aliundè ſufficienter conſtat, præſumptio extinguitur. Non abſimili modo Reſpondet *Hahnius & Ludvvell*, quos omnino conjungas, una cum *Fachinæo c.l. cap.* 55.

Dominii, Pignoris, Pietatis, Cuſtodiæ &c. Hujus generis autem facta exiſtunt in duplici diſcrimine: vel enim ſunt

Indifferentia, ſeu æquivoca, quæ quis tam ſuo, quam alieno Nomine, ſive ſit, ſive non ſit heres,

AB

res, rectè poſſit agere, aut quæ heres vel ſuo jure, vel nullo ſuo jure; ſivè ſuo, vel alieno nomine gerere poteſt, quãvis heres non ſit. *Biccius ad ff. t. de aquir. hered.* & ex iis animum aquirendæ hereditatis fruſtra collegeris *l.* 20. §. 3. *&* 4. *ff. de aquir. hered.* Sic (1.) actus ſolutionis debitorum hereditariorum eſt indifferens, qui etiam à non herede ex alia cauſa extra animum gerendi expediri poteſt. Sic quoq; (2.)

AB

ſi quis non quaſi heres, ſed quaſi alio jure æs defuncti exegerit, & receperit *L. 20. in fin. pr. in verb:* ſi quid quaſi non heres egit &c. Exempli gratia: ſi uxor certa Bona ad Maritum attulit, & poſt mortem ejus æs hæreditarium Mariti exigit, cum hoc non quaſi heres, ſed quaſi alio Jure ad conſequenda Bona illata fuiſſe cenſeatur, petitio hæc & exactio etiam aliis Creditoribus competat, nec per hoc pro herede ſe geſſiſ-

AB

ſe cenſetur, nudumque æs illud exigere poterit, etiamſi heres non ſit. Ideoque ait *Berlichius part.* 3. *deciſ.* 331. merito concludendum eſt, quod per talem petitionem & exactionem æris hereditarii Mariti defuncti ſe pro herede geſſiſſe non cenſeatur, & Creditoribus Mariti non obligetur, maximè cum hic ſit caſus indifferens, & tam ad geſtionem, quam ad exactionem bonorum illatorum detorqueri poteſt.

AB

Idem ſtatuit *Hahnius ad Weſenb. de aquir: hered. n.* 4. dicens: ſi conjunx defuncto Marito ſine liberis maneat in ejusd: Bonis, eum funeret, ſolvat debita, & credita exigat, &c. animo adeundæ hereditatis non id feciſſe cenſebitur. His ſubjungenda eſt Quæſtio à *Fachinæo lib. 6. c.* 44. indicata: An aditio hereditatis inducatur ex eo, quod Inventarium, heres confecerit. ℟. neg: Sciendum his de factis conſta-

AB

ſtare Regulam: Quod ex actibus talibus, qui poſſint ſe habere ad aditionem & geſtionem Affirmativè & Negativè, non præſumatur aditio, nec geſtio pro herede, cum conjectura, quæ aditionem hereditatis excludit, ſeu quæ aliud quid, quam aditam hereditatem præ ſe fert, ſit præferenda.

Differentia, & quidem talia, quæ quis ſuo quidem nomine, niſi fuerit heres, vel alias Dominii, ſimilivè idoneo titulo



A

ſuffultus, gerere nequeat, vel quod heres in rebus hereditariis gerere poteſt non ſolum cum effectu, ſed & Jure quamvis heres non ſit, ſed non ſuo nomine, niſi ſit heres v. g. diſtrahere res tempore perituras, locare fundos, ædes reficere, familiam alere, paſcere pecora, ſatisfacere Creditorib9 hereditarijs &c. Atq; ex ejusmodi facto præſumitur Animus Volentis acquirere hereditatem, ſed cum tituli differentia. An ſit

A

Damnoſus, hoc caſu hereditas non cenſetur acquiſita, cum actus dubius ſemper ita debeat accipi, ut minus ſit damnoſus gerenti & plus utilis, quam eſſe poſſit. Unde animus alicujus non eſt ſe immiſcere hereditati, quando prius conſtitit debita Bonorum æſtimationē longè ſuperare. *Beſoldus Cons. 26. Part.* 1. Et filius, qui pignoris Jure ob dotem maternam bona patris tenet, vel poſſidet, immiſcuiſſe ſe

 non

A B

non intelligitur, vigore privilegii, quod dicitur abſtinentiæ, quo innititur; quod enim in favorem alicujus eſt introductum quo adiuvari, non decipi volunt Jura, id ſane ad Læſionem non debet inventum videri. *L.Filius* 21. *ſeqq. ff.de acquir.hered.* cujus rei declarationis gratiâ inſervire poterit præjudicium â *Richtero Conſil.* 38. hunc in modum notatum. Seit Ihr N. nach Abſterben

A B

Euers

A B

Euers Vatters in Sei-
nem Guet verblieben /
daſſelbige nicht allein be-
ſtelt / Sondern Euch
auch der Fruchtnieſſung
angemaſſt; Ob nun wol
dahero von denen Glau-
bigern gemuthmaſſet
wird / daß Ihr gedacht
Euers Vatters Erb
worden / deswegen auf
die Bezahlung hart in
Euch gedrungen wird /
da Ihr aber nicht in
Meinung Euch des
Vatters Erbſchafft zu-
immiſciren / ſondern nur

AB

A B

allein deßwegen Euers noch ruckſtåndigē Mut-ter-theils / des Juris retentionis Euch zu gebrauchen in Gut verbliben weret/ auch daſſelbig vermittels Eydes/ damit Ihr geſtalten Sachen nach zuzulaſſen/ erhalten wurdet. So möchte euch ſolches zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen / noch auch die aditio hereditatis dadurch erwiſen werdē. V. R. W Sic Jus retentionis vidua quoq; exercere poteſt in tot & tantis Bo-

nis,

A B

AB

nis, quæ ad concurrentem æſtimationem dotis, & cauſam alimentorum ſufficiunt. *Colerus de proceſſu Execut. part.* 1. *c.* 2. *n.* 224. durante interim nihil ominus Jure hypothecæ in universis. *Gailius n.* 2. *obſ:* 92. *n.* 12. *&* 13. Unde non niſi ad indigentiam ſuæ neceſſitatis ex iis alimenta habet, eaque ſi fore curatorem accipere recuſet, finito retentionis Jure rationem adminiſtrationis reddere tenetur. *Carpz. part.*

1.

1. *Conſtit.* 28. *definit.* 11. *ſeqq.* Sciendum deniq; idem Juris ſtatuendum, ſi ipſimet poſſidentes licet heredes, ſint Creditores privilegiati, inter Creditores enim notat *Beſoldus Conſil.* 26. *part.* 1. qui alioquin prior & potior eſt, ille ratione Juris, quod in Bonis illis habet, ex continuatione poſſeſſionis, non actum præjudicialem exercet, ſed titulum legitimum inductum habet, quo in caſu ab onere æris alieni Bonorum

A B

rum hereditariorũ poſ-
ſeſſor talis eſt immunis.
Utilis, hic Titulus iterum
apparet tnm ex dubio
Communi, adeoq́ue præ-
ſumtivo, ubi actus pari
ratione videtur factus
nomine proprio, non
alieno. L. 4. *ff. de ſolut.*
*L.* 28. *ff. Mandati* & a-
ditio utiq; præſumitur
§. 7. *Inſt. de hered: qual:*
niſi eandem contrariis
elidas, ceu ſupra dictum.
Sciendum non præter-
eundam eſſe quæſtio-
nem ab *Hænonio in di-
ſput:* 10. *&* 21. *& Fa-
chi-*

A B

AB

*chinæo lib. 6. cap. 69.* propoſitam, ſi heres non repudiavit, neque adivit hereditatem, ſed dixit: Credo eam reſpuendam eſſe, & mihi non expedire, an repudiata cenſebitur poſt lapſum trium menſium? ℞. Negando.

Singulari, e.g. ſi multa millia pro defuncto heres ſine proteſtatione exſolverit, quo facto certum ſe illius demonſtrat heredem *per L. 2. C. de Jur. delib. L. parentibus C. de inoff. teſtam. L. pro herede*

A

*§.2.ff. de aditione hereditatis,* Communis enim Legum &Doctorum ſenſus eſt, quod ſolutio æris alieni Creditoribus hereditariis facta, præſertim ſi æs alienum non ſit modicum, & hereditas non damnoſa, aditionem importet, quia ſolutio debitorum defuncti ad heredem pertinet, illumque deſignat, quia alias gravatim homines, atq; repugnanter pro alio ſolvunt, &c. Et quis credat, reum pro defuncto qui jam multa millia ſupra portionem

ſu-

A

ſuam in vivis acceperat, tot adhuc millia gratis fuiſſe ex ſoluturum; qualem probationem implet, ſi credita quoq́; defuncti reus exegerit, & æs alienum receperit, ſic neruoſe ſcribit *D. Andlerus in Jurisprudentia lib. 2. tit. 6. n. 9.*

NON LIQUIDA apparent vel per.

NEGLIGENTIAM, & omiſſionem extrinſecam, hinc quæritur apud FACHINÆUM an aditio hereditatis ex eo inducatur, quod debita quis non ſolverit?

vi-

vide quæ *c.l. cap.*51. reſpondeat.

Comiſſionem intrinſecam: Ubi nihil amplius ſupereſt, quam ut reus ſi velit, jurejurando affirmet, ſcilicet quidquid egerit, hereditatem adeundi animo non intentaſſe, & tunc ſtandum eſt illius juramento, quam ſententiam ex anteà adducto præjudicio *Richteri* confirmat. *D.Philippi in uſu pract. Inſtit. de hered. qual.*

## §. 7.

(1) *Finis & Effectus reſpectu heredis.*
(2) *De tempore adeundæ hereditatis, & quamdiu, illud duret? quæritur.*
(3) *Dubia reſolvuntur.*

(1) Effectus cum fine accurate traditur ab *Ekoldo ad tit. ff. de acquir. hered.* §. 6. Conſiderando alium reſpectu Perſonæ heredis, alium reſpectu rei aquiſitæ. Illius reſpectu effectum (I) ponit, quod heres ipſo Jure Dominus fiat omnium rerum hereditariarum, licet poſſeſſionem nondum

dum habeat. *L.14.C. de Jur. delib. L.50. junct.23.ff.de rei vind.*L.1.*ff.de Bonor.poſſeſſ.* (2) Effectus eſt, quod hereditas ſemel adita per modum geſtionis iterum repudiari nequeat. L.4.*C.de repud.* (3) Quod ſemel adita transmittatur, hereditas enim nondum adita non transmittitur regulariter L*un.C.de Cad.toll. L.7. C.de Jure delib.* Caſus exceptos videre licet apud eundem (2) (4) Effectus eſt, quod Jus aquirendi vel adeundi hereditatem reſpectu heredis ignorantis ſit perpetuum & 30. annis duret *L.8.C.de Jure*

*de lib. & arg. L. 7. C. de pet. her.* niſi â Judice, Lege, aut teſtatore certum tempus ſit definitum, vel abbreviatum. Ratio (I.) quæcunque enim ſolo animo non continentur, & in mera facultate conſiſtunt, ſed ab aliis quoq; invadi, occupari, & detineri poſſunt, ea præſcriptione hinc aquiri, iſthinc amitti poſſunt, atqui hereditatis aditio ita ſe habet, Ergo. Ratio (2) ſi deliberationis tempus â teſtatore, vel Judice non eſt præſtitutum, facultas adeundi ex Jure Civili eſt perpetua, ſed hereditas ſic defertur ex Jure quoq; Civili, er-

ergo idem quod in cæteris cauſis communiter obtinet, Juris obtinet. *D.Tabor. de teſtam.*Princip. oblat. c.6. §.16. (3) Aditio non eſt actus permanens, ſed tranſiens & momentaneus. (3) Sciendum dictis non obſtare (I.) quod illa ſit meræ facultatis, quia non eſt in bonis noſtris, ideoq; ceſſat præſcriptio. ℞. Facultas adeundi hereditatem Jus eſt, & non res facti, L.3. *C. de Inſtit.& ſubſtit.* ſeu non eſt res meræ facultatis, ſed etiam Juris. *L.7.ff.&. L.8. d.t.* (2) non obſtat, quod aditio hereditatis in ſolo animo conſiſtat,

nec ab aliquo poſſideatur, proinde nec præſcribi poteſt. ℞ Nos hic non loquimur de præſcriptione propriè dicta, quæ absq́; poſſeſſione non contingit, ſed præſcriptione Juris adeundi per longiſſimi temporis uſum, quæ etiam largo ſenſu præſcriptio dicitur, & ex ſola negligentia non petentis, aut non utentis Jure ſibi competente inducta eſt, arg. L. 1. & 11. *C. de ſerv. & ag. Hannius & Ludvvell. ad Weſenb. n. 7.*

§ 8.

(1) *Effectus reſpectu rei acquiſitæ.*
(2) *Tria genera commodorum, cum incommodis & oneribus.*

(3)

(3) *Cur poſſeſſio non transeat in heredem de Jure Civili?*

[4] *Cur de conſvetudine?*

(1) Porro rei intuitu effectus eſt, quod non tantum Dominum, ſed & reliqua omnia jura & onera transeant in heredem. (2) Sciendum: Commoda eſſe trium generum: Primum continet ea, quæ defuncti fuerunt, dum viveret, veluti rerum hereditariarum omnium; Jus b. f. poſſeſſoris, & conditionem Uſucapiendi, Jus Emphi teuticarium, Jus ſuperficiarium. Secundum Genus commodi

complectitur ea, quæ poſt mortem defuncti acquiruntur hereditati jacenti; quidquid enim acquireretur Patri fam. ſi adhuc viveret, id neceſſe eſt hered. acquiri. Tertium genus commodi continet ea, quæ aditam hereditatem ſeqvuntur, ut Jus accrescendi, de hiſce tribus generibus commodorum vid. omnino *Biccjus in Colleg. Arg. Enucl. ad tit. ff. d. acquir. her.* §. 14. 16. 17. Incommoda ſivè Onera hereditatis ſunt duo (I.) Æs alienum, id eſt, quod hereditas debet *L. 8. ff. L. acquir. her.* quod duplex eſt, defuncti ſcilicet & hereditatis

non-

nondum aditæ ex adminiſtratione negotiorum hereditariariorum, vel ex funeratione defuncti. Si plures ſint heredes, nec obligatio dividua, tenentur omnes in ſolidum; ſin dividua ut pleræq;, pro portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti, (II.) Legata & Fidei commiſſa, non tamen ultrà vires hereditarias. (3) excipitur (I.) poſſeſſio *L. 23. ff. de acquir. vel omitt. poſſ.* Ratio hujus exceptionis eſt, quod poſſeſſio ſit facti, adeoq́; actus naturalis corporeus, id eſt apprehenſio ad aquirendam poſſeſſionem

requiritur; Quare ſi nemo hereditatem poſſideat, poſſunt ipſi vocantem & jacentem pro arbitrio & autoritate ſua apprehendere & occupare, & tunc fingitur heres fuiſſe dominus ſtatim à tempore mortis quoad effectum dominii. Ratio differentiæ (I.) eſt illa, quia dominium eſt Juris, adeoq; admittit fictionem & ſupplementum Juris; Poſſeſſio vero in aquirendo plus facti habet, & in natura vult impleri, quæ vero in facto conſiſtunt, in heredem ipſo Jure non transeunt, ſed facto & appellatione propria opus eſt,

præ-

præprimis autem hic, quia morte defuncti extincta jam non Ens eſt, & nulla prædicata admittit; Nova ergo creanda eſt *D. Beyer ad Schnobelij diſp.* 16. §. 30, (2) Poſſeſſio longe debilius Jus eſt in re & fragilius quam dominium, facti enim eſt, ideoq; facilius amittitur, præcipuè morte, quo deſiit animus poſſidendi, ſin vero alius in poſſeſſione exiſtit, tunc debent eam â poſſeſſore legitimè petere, nempe per hereditatis petitionem, adeoq; quoad poſſeſſionem fictio hæc Juris translativa locum non habet *L.* 27.

*ff.*
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0137-4

*ff. de acquir. & amitt.* (4) Sciendum Conſvetudine multis in locis, Velut in Gallia, Italia, Belgio, receptum eſſe, referrente *Hahnio ad Weſenb. de acquir. hered. &c. n. 7.* Quin imo generali omnium ferè locorum conſvetudine hoc approbari teſtatur *Carpz. part. 3. c. 9. d. 27. n. 6.* quod non solú dominium, ſed & poſſeſſio rerum hereditariarum ipſo Jure transeat in heredem, atq; ſic etiam â morte teſtatoris cenſetur heres poſſidere hereditatem, eamq́; nullo tempore jacuiſſe, ideoq́; bona nunquam fieri poſſunt primi occu-

cupantis, dicitque hanc conſvetudinem valde utilem eſſe, quia tunc heres opus non habet agere remedio ullo acquirendæ poſſeſſionis, ſed uti ſtatim poteſt remediis conſervandæ; Idem notat *Deſſelius ad Zæſium Inſt. de hered. qual.* dum dicit. planè poſſeſſionem illam â conſvetudine heredi attributam maximi eſſe momenti, cum vigore hujus omne remedium poſſeſſorium, atq; imprimis interdicti uti poſſidetis ſivè manutenentiæ, intentari poſſit; Eo vero ipſo refellit erroneam illorum ſententiam, qui conſvetudinariam

am poſſeſſionem fundatam volunt in *L.cum miles 30. quibus caus.majores &c.* Ubi Paulus JCtus ait: Poſſeſſionem defuncti quaſi junctam deſcendere in heredem, & plerumq; nondum hereditate adita compleri, Verum ℞. illi perperam eo loco poſſeſſionem accipiunt pro rei detentione, quæ in facto conſiſtit, cum ſignificet uſucapionem, quæ Juris eſt, & poſſeſſionis effectus, atqui uſucapio cæpta â defuncto completur etiam nondum adita hereditate, vel nondum apprehenſa poſſeſſione rerum hereditariarum

rum. (2) Excipitur Uſusfructus, cum ſit Jus perſonaliſſimum. L. 3. §. *fin. ff. quibus modis uſusfr. §. penult. Inſtit. de uſufr.*

§. 9.

[1] *Heres obligatur per geſtionem Creditoribus ex vero contractu, Legatariis, &c. ex quaſi.*
[2) *Legatariis quæ competat actio?*
[3] *Ratio cur Legatariis teneatur ex quaſi contractu?*
[4] *Ratio cur Creditoribus ex vero.*
[5] *Dubia removentur.*
[6] *Nota ſubiicitur.*

(1) Obligatur geſtor, pro herede Creditoribus ex vero, legatariis vero, fidei comiſſariis, &donatariis ex quaſi contractu. §.*Inſt. de hered. qual.* &§.5. *Inſt.de obligat.quæ quaſi ex contractu. L.5.§.2. de O. & A.vid.D.Brockdorff. in Nucleo Pandectarum Ex.5.§.30.* (2) Sciendum (I.) hiſce dari actionem legati, vel ex teſtamento adverſus heredem, ut legata ſolvat. (3) Ratio vero cur ex quaſi contractu tantum legatarijs obligetur, deſumitur ex eo, quod heres cum legatario nullum celebraverit Negotium cum legatum potius

us eo invito relinquatur: Imo neq; teſtator cum legatario contraxit , cum forſan ei ignoranti relictum ſit ipſum legatum proinde deficit conſenſus L. 1. *ff. de pact.* (4) Sciendum (II.) Creditoribus non neceſſario ex quaſi contractu, ſed ijsdem contractibus & Actionibus obligari, quibus defunctus erat obſtrictus, quia heres cnm defuncto pro una eademque Perſona computatur, (5) neq; refert (I.) quod heres ſit alia Perſona diſtincta realiter â defuncto; ℞. ob repræſentationem defuncti qualitas obligationis,

quâ

quâ defunctus tenebatur, non ſolet immutari. L.2. §.2.*ff. de V.O.ibi.* Non ex Perſona defuncti,&c. neq;(II.)Obſtat§.5. *Inſt. de hered. qual.* ℞ inibi ratione adductâ non utitur Imperator ad probandum, quod heres teneatur legatarijs, ex quaſi contractu, ſed aliâ in verbis *Neq; defuncto,&c.* Ecce dum hoc dicit argumentum ejus non poteſt applicari Creditoribus nam iſti cum defuncto verè & propriè contraxerunt. (III.) Quoq; non obſtat opponentium ratio, quod certum ſit Creditoribus eſſe ſoluenda re-

licta,

licta debita, ℞.aliud eſt eſſe effectu, aliud de modo loqui, illum eſſe certum, facile largior; Eundem vero modum, difficulter concedo. (6) Sciendum: ſi propterea quaſi contractus dicendus, quaſi cideatur tacite adeundo herevitatem promittere ſe ſolutudrum omnia, ad quæ defunctus fuit obligatus, tamen non ita eſt neceſſe apud Creditores, quam legatarios, non enim apud illos locum habet actio ex teſtamento, niſi in teſtamento teſtator juſſiſſet expreſse in teſtamento ſolvi, ſed dabitur illis eadem ex illo contra-

tractu, quo defunctus fuit obſtrictus *D. Rath in Coll. M. SS. Inſt.*

§. 10.

[1] *Ad contraria quæ pertineant in ſumma recenſentur.*

(1) Seqvuntur modi diſſentanei, repugnant vero immediate heredum geſtioni (I.)Omiſſio hereditatis, quando heres cxtraneus nihil agit *L.recuſari ff. de aquir. hered.* [II.] Recuſatio ſi contrarium geſtioni actum exerit. *Voët. ad Inſt. de hered. qual.* [3]

Pro-

Proteſtatio ex qua Itidem alienus animus à geritione colligitur, [IV.] vis & metus &c. Item ſimula & ficta geſtio, de quibus in cauſa efficiente, & paſſim peculiaris tractatio fuit inſtituta.

CAP.

# Cap. IV.

# De affinitate & differentia cum aditione, immixtione.

## §.1.

[1] *Convenit aditio, immiſtio cum pro herede geſtione.*
*[I.] Ratione Cauſæ Efficientis certo modo.*
[2] *Objectivæ Materialis.*
[3] *Subjectivæ ſola aditio:*
[4] [5] *Formalis, & quidem Formæ Genericæ item extrinſecæ, ſola iterum aditio.*

[6]

[6] *Idem quoq; eſt harum finis & effectus, à quibus in multis non differt immiſtio.*

[7] *Conveniunt deniq; ratione contrariorum in aliquo.*

1 HActenus dictū eſt de Natura geritionis pro herede, cum vero ea non modicam affinitatem habeat cum aditione & immiſtione in ſpecie dicta, operæ pretium erit, inſtituere qualemcunq; comparationem inter eaſdem, puta in quibus conveniant inter ſe, & in quibus differant; Quo facto ſtatim apparebit, in quibus argumentatio â geſtio-

ne ad aditionem, & immi-
ſtionem procedat, in quibus non. Videndum ergo paucis, quomodo ſeſe ad invicem habeat, ratione [I] Cauſarum conſentanearum: Efficientes contra duas conſtituimus, Remotam & proximam; Quod remotam attinet, una eademque Efficiens erit Jus Prætorium, reſpectu ſcilicet habito ad immiſtionem, & pro herede geſtionem, quæ duæ ſpecies ſuo modo ſunt Juris Prætorii per tradita *Mejeri in Colleg: Argument.* §. 4. *de aquir. hered.* ibi: immiſtio vero eſt Juris Prætorij, pro he-

herede geſtio quoq; &c. Proximam, quod concernit, in ea conveniunt tam aditio, quam immiſtio cum pro herede geſtione ratione Voluntatis nullo reſpectu habito ad facta vel ſigna &c. (2) (II.) Objectum Materiale, circa quam fuit tota hereditas delata, hinc ratione rei conſideratæ commune eſt objectum & aditioni & immiſtioni, & pro herede geſtioni, (3) (III) Subjectum præterea diverſum non eſt in eo, qui ſe pro herede gerit, & adit, Ubiq; enim extraneus adſit oportet.

(4) IV. Formam non minus

genericam ita comparatam invenio, ut iisdem requiſitis tum aditio, cum pro herede geſtione indigeant. (5) (V) Nec diſcrepant aditio & pro herede geſtio ratione formæ extrinſecæ. (6.) (VI.) non alius eſt finis, non alius quoq́; effectus aditionis, & pro herede geſtionis erit, in plurimis quoq́; convenit immiſtio. (7) (VII) Deniq́; agnoſcunt in contrarijs nonnullas pares rationes, veluti (I.) vim & metum (II.) ſimulationem, (III) proteſtationem.

§. 2.

§. 2.

[1] *Differentia à Cauſa Efficiente.*

[2] *Materiali.*

[3] *Formali.*

[4] *Effectu.*

[5] *Nota interponitur.*

(6) *Differentia à contrariis elicitur.*

(1.) Differt geſtio pro herede [I.] reſpectu cauſæ Efficientis: Eſt enim efficiens Jus Civile nimirum reſpectu aditionitis in ſpecie ita appellatæ, pro herede vero geſtionis diverſo modo conſide-

randi utrumq; Jus Immiſtionis autem ſi conſideratur ſimpliciter , Jus Prætorium (2)(II)IntuituMaterialis cauſæ ſubjectivæ, inter ſuos enim & extraneos heredes, quanta in Jure differentia intercedit ? [III.] Ratione formalis , & quidem ſpecificæ aditione aquiritur heerditas animo & voluntate purè declarata, idq; nude per ſigna,&c. Geſtione vero pro herede ſuſcipitur hereditas ipſa re ſeu facto, immiſtione vero ſui opus habent ad acquirendam hereditatem in actu ſecundo , vel ſignis, vel re ſeu factis, quibus oſten-

oſtendunt voluntatis declarationem, ſe hereditatem ipſo Jure acquiſitam retinere, & actualiter ſuſcipere velle. *L.* 87. *pr.* *L.*20. §2.*&*4. L.41 *ff.de acquir. hered.* in actu vero primo ipſo Jure eandem aquirunt. [3.] [IV.] Quod Formam genericam attinet, ea differentiæ ratio ſubeſt, quod ſui in actu primo non tam ignorantes, ſed etiam inviti heredes exiſtant. §.*ſin. autem Inſt.de hered.qual.L.*26 *ff.de R.J.* *L.*1. §.3. *ff. ſiquis omiſs.caus.Teſt.* *L. in ſuis ff.de ſuis & legit. hered.* Gerentes vero ſe pro herede cum ani-

mi deſtinatione , & cum libera facultate, ut pro arbitrio hereditatem delatam acquirant. [4] [V] Habet peculiares effectus ſuos nuda exiſtentia , puta : quod [I] vel abſtinente , vel exheredato ſuo, valeat ſubſtitutio pupillaris. L. 41. 42. *de acquir. hered.*§.4. *Inſt.de pupill. ſubſt.* & tutellæ ratio. L. 4. *ff. de Teſtam. Tut.* L.10. §.2.*in fin. eod.* (2) Mortuo ſuo herede antequam abſtinuerit ſeu immiſcuerit, transmittat Jus hereditarium, ſibi ignoranti etiam aquiſitum ad quoscunq; heredes L.*un*.§.5.*&*13. *C. de cad.*

*cad.toll.L.*8.*C.* de *ſuis & legit.* (3) Immixtio non eſt propriè aquiſitio, ſed potius aquiſitionis confirmatio, ut poſtea nequeant abſtinere. *Biccius in Colleg. Jurid. argen. Enucleat.ad tit. ff. de acquir. hered.* §. 9. Sciendum (I.) juxta *Deſſelium ad Zaſium* ſuperius allegatum, id intereſſe inter Immixtionem & aditionem, nempe quod hæc ſit ipſa aquiſitio, nec enim cenſetur aquiſita hereditas, niſi adita. *L. pretia in pr.ff. ad* L.*Falcid.* Unde & adire hereditatem dicitur Extraneus heres quaſi ad hereditatem

ire, quam nunquam habuit; efficitque aditio heredem dominum hereditatis; Immixtio vero nõ tam eſt aquiſitio nova hereditatis, quam ante aquiſitæ ipſo Jure perLegem approbatio, & acceptatio; Ex eo ergo quod hereditas ſuis aquiratur ipſo Jure, nec aditione opus ſit, ſequitur eandem deſcendentibus ſuis heredibus, non ut aquirendam, ſed ut aquiſitam, transmitti ad quẽlibet proximum heredem, dum tamen delata ſit, ita, ut ad aquiſitionem nihil ſuperſit, quam ut heres declaret Voluntatem adeundi. L. *ſi quis*

21. §.20. *ff. de acquir. hered.* *L.* 151. *ff. de V.S.* Secus obtinet in extraneis, qui hereditatem ſibi delatam non transmittunt, niſi eam adierint. L. *un.* §. *in Noviſſ. C. de cad. toll.* *& L. quoniam.* 7. *C. de Jur. delib.* Cum transmitti nequeat, quod noſtrum non eſt, neque aquiſitum nobis L. 44. *&* 120. *de R. J.* (5) Sciendum (II.) quod vero ad aquiſitionem ſpectat, nulla fere inter eosdem differentia apparet, ut neq; inter adire hereditatem & im̃iſcere ſe hereditati quicquam interſit. Itaque quod Juris eſt in ſuo herede, ut in

eum continuetur Dominium hereditatis, quod penes defunctum fuit, idem fere hodie obtinet in quolibet extraneo, adeo, ut nõ ſolum dominiũ, ſed etiam poſſeſſio rerum hereditariarum continuetur, quâ de re in antecedentibus ſatis ſuperq́; eſt Actum. Sciendum (III) Moribus hodiernis inter ſuos heredes & Extraneos in plerisq́; videtur non niſi diſcrimen eſſe nominis, ac ſui dici poſſunt omnes illi, qui proximi heredes ſunt ab inteſtato: Reliqui vero, qui niſi inſtituantur nomen heredis non habent, poſſunt dici Extra-

tra-

tranei, ſuntq́; omnes heredes Voluntarij. (6.) (IV.) deniq́; notanda eſt differentia contrariorum. Abſtinet ſuus, repudiat Extraneus, qui non adit, ſignis vel Verbis omittit & recuſat, qui ſe gerit pro herede. Quibus Commentationis hujus Theoreticæ partem finio.

## CAPUT. V.

# Praxin & Uſum Materiæ quadantenus oſtendit, cum applicatione ad antecedentem partem Theoreticam.

## §. I.

(1) *Caſus figuratio.*

QUod ſi fruſtra omne tempus abſumitur in perlegendis Imperatorum, Juris Conſultorũ Reſponſis, & Doctorum Gloſſis, niſi accedat uſus

ſus quotidiani peritia, ea propter placuit congruo tanquam loco Proceſſum Practico caſu illuſtratum, â ſummo vero JCto *D. Georgio in Nucleo Theoretico Practico ad tit. de acqr. hered.* Licet mutata figura propoſitum, apponere, & ex eo, quæ in rem præſentem facere videbuntur compendioſi laboris gratia excerpere: Eſto itaq́; caſus in ſimili fere talis. (1) Titius moritur, relicto multo ære alieno, comperta ejus morte, creditores actiones ſuas intendunt contra defuncti uxorem, tanquam contra eam, quæ ſe pro

herede geſſit, â quo tamen Titio filius ab inteſtato eſt relictus, ut debita defuncti exſolueret.

§. 2.

*Citatio.*

Supplicatio pro impetranda Citatione ad horum ergò inſtantiam â Magiſtratu præfigitur terminus, quo ut Creditores & Rea compareant, citantur.

§. 3.

*Libelli oblatio.*

In Termino Creditores offerunt libellos ſuos, & producunt documenta, petentes, ut â Rea recognoſcantur.

§.4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0164-4

§. 4.

*Exceptio.*

Rea vero opponit exceptionem Intentionis ac facti, negans ſcilicet ſe defuncti heredem eſſe factam, ne dum fieri potuiſſe, hinc etiam non tenetur æs alienum exſolvere.

§. 5.

*Replicatio.*

Creditores autem replicando dicunt (1) uxorem ſi filius abſtineat, nullusq; inter agnatos & cognatos adſit, olim; hodie vero una cum liberis jure conjunctionis matrimonialis ab inteſtato ſuccedere *vid. tit. ff. unde vir & uxor,*

ad

adeoq́; præſumi etiam heredem eſſe factam, hinc eidem incumbere probare contrarium arg. *L.22. de præſumpt.* (2) Imo Ream ſe pro herede geſſiſſe, id quod notorium eſt, (I) Ex poſſeſſione bonorum (II) exactione nominum, & transactione, hinc omittendi licentia amplius non datur.

§. 6.

*Duplicatio.*

Rea duplicando ℟. ad (I) ut ut eo modo ad bonorum poſſeſſionem â prætore vocentur conjuges, non tamen ex hoc præſumitur aditio hereditatis, quæ eſt facti, ſed debet potius ab actore tanquam

quam affirmante probari. ℞. Ad (2) in genere non continuo fieri aditione hereditatis per actus allegatos, ſed tunc demum ſi conſtat, quem animo aquirendi hereditarium quid geſſiſſe L. 20. pr. ff. de acquir. heredit. hoc vero in Caſu, animus ex neceſſario facto, ſeu illativo hereditatis ſimpliciter colligi nunquam poterit, utpotè cum alio titulo ſint geſta. ℞. In ſpecie, quod (1) poſſeſſionem attinet, Bona conjugis defuncti nunquã fuiſſe poſſeſſa veluti ab herede, ſed prævio judiciali Inventario, & jure ipſo

ta-

tacitæ hypothecæ vel etiam retentionis ideo non temere, ob titulum legitimum præſumi poſſe, quod ſe pro herede geſſerit. Sed cum creditrix ſit, ut cuſtos omnia curet L. 9. pr. ff. de rebus auth. Jud. poſſeſſionum præſumtio ergo talis per allegationem & probationem alterius tituli, quo quis poſſidet, eliditur. Hinc non valet conſequentia. Poſſidet bona hereditaria, E. eſt heres defuncti, Non enim ſola poſſeſſio, ſed Animus inſuper heredem facit. L. *gerit.* 88. *L. 20. ff. de acquir. heredit.* Neq; (2) Exactio nominum il-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0168-6

illico infert geſtionem pro herede, ſed potius exactionem bonorum illatorum, veluti in ſuperioribus monitum *c.3.* §.6. Præterea non officit judicialis transactio inita cum debitoribus non ignorantibus illis, quorum intereſt, præſertim, quæ ob indigentiam alimentorum neceſſaria fuit; Sciendum Marito alias mortuo de jure vidua relicta ab heredibus ejus (NB. hoc vero in Caſu ubi heres deficit ab ipſa hereditate, quæ defuncti Perſonam interea repræſentat) intrà Annum luctꝰ alenda eſt, *L.penult.ut in poſſ. legat.* ibiq;

*Glos-*

*Gloſſa*, donec eidem dos in rebus mobilibus illata reſtituatur. *L.un. §.7. V.exactio C. de rei vx. Act.* Quam tamen ante Annum à die ſoluti Matrimonij repetere non licet d. L.un §.7. Hinc ei intereà conceſſum eſt propria Autoritate absq; Judicis licentia in domo manere, quam ipſa cum Viro inhabitaſſet, etiam jure familiaritatis, etſi alio jure non uteretur.

*FINIS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0171-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0172-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0173-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0174-9

Ung IV B 80

X2617329

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0175-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0176-1

Farbkarte #13
B.I.G.
Inches Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

# TRACTATUS

## THEORETICO-PRACTICUS, JURIS PRIVATI, de Pro herede Geſtione.

## Von Einmiſchung in die Erbſchafft.

Conſulentis cujusdam gratiâ,
Pro publicâ Juſtitiæ defenſione
conſcriptus,
contrà
*Sinceram Jurisprudentiam portentoſis Aſſertionibus ineptè Practicantem, nihilq; Agentem, niſi in litibus quærendi improbum lucrum, non verò Sacro Sanctam Juſtitiam.*

A
JOH. FERDINANDO BEHAMB, J.U.D.
Inclytorumq; STATUUM ſuperioris
Auſtriæ Profeſſore Inſtitutionum Imperialium Juris publico.

RATISPONÆ,
Typis Pauli Dalnſteineri, An. 1674.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-386261-p0177-6
DFG